

193

EPICEDIA VITENBERGENSIA
IN
O B I T V M
V I R I

Plurimum Reuerendi Clarissimi Doctissimique

DOMINI
M. GODOFREDI
WEISSII

AD ÆDES B. MARIAE
APVD THORVNENSES

Ecclesiasticis dignissimi

IV. DIE MENSIS MAJI ANNI MDCCXIV.
HORA POST MERIDIEM PRIMA BEATE DEFVNCTI

ET

X. EJUSD. MENS. DIE SEPULTI

WITEMBERGAE,
LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINII.



Non habuit mundus praesens fat praemia
 digna
 Pro TE, mi WEISI, proque labore tuo:
 Coeli namque suis seruis uerbique mi-
 nistris

Fidis Constituit praemia summa DEus.
 Ut daret haec igitur tibi te nunc, Diue, uocauit
 Ex medio nostro praecipuitque Tuis.

*Sanctis manibus Theologi de Ecclesia praeclare
 meriti haec dedit*

HENR. Klausing / Theol. D.

*Ejusdemque et Phil. Primae Prof. Publ.
 h. t. Acad. Pro-Rector.*



*Iustitiae praeco, radians ceu sidus Olympi
 WEISIVS aeternus nunc super astra nitet.*

*Piis manibus Viri de Ecclesia praeclare
 meriti dedit*

Gottlieb Wernsdorffius, D.

Weisius

WEISIVS aeternam requiem petit: accepit illam!
 Turbida dum turbant secula nostrum ani-
 mum.

Attamen hoc damnum plorant ecclesia, ciues,
 Conjux & soboles orba Parente, dolet,

*Viri de Ecclesia Thonenensi optime meriti obitum
 Filii optimi causa luget*

MARTINVS CHLADENIVS, D.



*V*irapitur Praeco divinus mortis acerbae,
 Quae Numen flectunt, ora silent, precibus.

Georg. Fried. Schroer, D.



*Q*ui mentes hominum attonitas animosque re-
 fecit

Tristes, hunc subito mors inopina rapit
 Factum, quod voluit DOMINVS: nos ferre ne-
 cesse est,

Quicquid fatorum dextra Paterna dedit.
 Grande Decus Patriae, celso susceptus Olympo
 Cum sancto coetu, Coelica Tecta cole.
 Interea jaceant sub terris molliter ossa,
 Quae rursus surgent, quando? vocante tubâ.

Christianus Vater, D.

*Pathol. Prof. Publ. & Archiater Anhaltin.
 nec non Colleg. Natur. Curiofor.*

Cymba

Timba velut dubiis jactatur saepe procellis,
Dum semel incepit pandere vela Noto,
Sic homines vario jactantur turbine semper,
Et discunt ventos, naufragiumque pati.
Felix! qui superas placide provectus in arces,
In portum Tecum, Sancte Beate, redit.

In solatium domus WEISSIANAE casu hoc
improvise plurimum percussae scripsit,

Jo. Christ. Wichmannshausen,

L.L. O.O. Prof. Publ. & Facult. Phil. Senior, &
Bibl. Publ. Director.

Ernimus, ut Christi rapidis iactata procellis
Et saevis trepidet fluctibus icta ratis.
Felix qui curis tandem perfunctus acerbis
Optati portus litora laeta tenet.

Supremo honori sacerdotis optimi, multis tem-
porum calamitatibus feliciter perfuncti
d.

Io. Guil. Ianus, Hist. P.P.

Deservit terras miseras, Coelumque petiit
WEISSIVS accarpit coelestia gaudia laetus.
Onimium felix! est, cui concessa laborum
Jam requies: ille agmina non timet ulla malorum.

Abrahamus Vater,

Phil. & Med. Doct.

3925